

236. Habes vires insuperabiles, ne clementiam tuam superet multitudine peccatorum. *Nihil tua resistet potentiae; tuam enim gloriam Creator existimat esse propriam.* Tu.

FER. IV. POST DOM. IV. QUAD.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 8. v. 46

In illo tempore: Dicbat JESUS turbis Iudeorum: *Quis ex vobis ariet me de peccato? El reliqua.* Homilia S. Thomas Archiep. Valent.

Conc. in Concept. B. V.

Plenitudo gratiae nihil spiritualis infirmatit, nihil imperfectionis in ea reliquit: adeoque in omnibus bonis eam solidevit, ut vel minus unquam defectus in eam incidere omnino non posset, nec aliquid quod qualicumque excusationi subjecaret. Tu. p. Consolam. p. 149.

LECTIO 2.

In ceteris Sanctis magnificum habetur, quod à vitiis non possint expugnari: in Virgine mirificum videatur, quod à vitiis non poterit vel in modo impugnari. Ceteris Sanctis in commune praeciput, ut in mortali corpori peccatum non regnet: soli Virgini singulariter datur, ut quemadmodum Filii sui, ita nec ejus mortale corpus peccatum momorderit etiam levissimum. Tu. p. Tanta. p. 149.

LECTIO 3.

Adeoque de exterminio peccati in beatâ Virgine MARIA factum creditur id, quod in omnibus Sanctis speratur. Futurum, inquam, sed non in corpore eorum adhuc mortali, sed in corpore eorum iam facto immortalis, quod sanè in Beatâ Virgine supra modum extitit mirabile, et præ ceteris Sanctis om-

nibus fuit singulare. Tu. p. Data. p. 149.

CANON.

Ex S. Anselmo Ep. Cantuariensi.
In Deprec. ad Virgin.

237. O beata fiducia, ô tutum refugium, Mater Dei est mater mea! Quâ certitudine igitur debemus sperare, quoniam salus de boni Fratris, et pia Matri pendet arbitrio? Tu.

FERIA V.

CANON.

Ex S. Bernardo Abate.
In Salve Regina.

238. Divinæ pietatis abyssum cui vult, quando vult, et quomodo vult «Diva Virgo» creditur aperire; ut nemo tam enormis peccator pereat, cui Sancta Sanctorum patrocinio suffragia præstat. Tu.

FER. VI. POST DOM. IV. QUAD.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 19. 25

In illo tempore: Stabani juxta crucem JESU Mater ejus, et soror Matris ejus Maria Cleophe, et Maria Magdalene. El reliqua.

Homilia S. Siricii Papae.
Ep. 7. *Ad Anys. et Eps. Illyri.*

Ubi est illud quod scriptum est, dicente Domino ad Matrem de Joanne Evangelista: *Mulier, ecce filius tuus; et rursum ad Joannem de MARIA. Ecce Mater tua?* Quid sibi vult, quod cum in cruce Dominus positus peccatum mundi tolleret, pronuntiavit etiam de integralitate maternitatem? Aut quid aliud dicitur, nisi ut claudat ora sua perfidia, et obmutescat, ne Matrem Domini aliquo audeat temerare convicio? Tu. p. Quæramus. p. 149.

LECTIO 2.

Testis est ergo idem arbiter, idem

Dom. in Pass.

materni pudoris assertor, quod despota fuerit viro tantummodo JOSEPH, nulla tamen conjugalis collus consuetudine tori jura cognoverit. Neque enim suscepturam ex JOSEPH filios à viri consortio separare voluisse. Sed si hoc parvum est, addit testimonium Evangelista dicens: quod suscepit eam Discipulus in sua. Nunquid ergo divitium fecit? Nunquid à viro abduxit, atque abstulit? Tu. p. O felix p. 149.

LECTIO 3.

Ergo qui hoc legit in Evangelio, quomodo quasi naufragii titubat et fluctuat? Hoc ergo testimonium Filius est de Matri integritate, haec MARIE locuples integri pudoris integralitas, hic totius finis consummatio. Denique hoc dixit, et emisit Spiritum consummans omnino mysterium fine pietatis. Tu. p. Beatis. p. 149.

CANON.

Ex S. Bernardo Abate.
Sem. de Aqueo.

239. Quæramus gratiam, et per MARIAM quæramus, quia qui querit, inventit, et pulsanti aperietur. Tu.

SABB. POST DOM. IV. QUADR.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 1. c. 19. 3

In illo tempore: accesserunt ad IESUM Pharisei tentantes eum et discentes: si licet homini dimittere uxori rem suam, quâcumque ex causa. El reliqua.

Homilia S. Isidori Archiep. Hispaniensis.

De Eccles. Offic. t. 2. c. 18.

Quæ si sacre Virginitatis integratas, vel à quo tam Sancti propo- siti studium sit exortum, breviter

intimabo. Quantum enim ad vetus Testamentum attinet, Elias, Jeremias et Daniel castitatis et continenterie bono primis studuisse noscuntur. Tu. p. Consolamini. p. 149

LECTIO 2.

Quantum vero ad novum, virorum Virginum caput est Christus: feminarum Virginum caput est MARIA. Ipsa earum Auctrix, ipsa Mater nostri capituli, qui est Virginis Filius, et Virginum sponsus. Tu. p. Tanta. p. 149.

LECTIO 3.

Inde agmina virorum et puellarum Sanctarum, inde sectatores et sectatrices perpetue continentia pulularunt... celestes atque angelicam vitam in terrena mortalitate meditantes, atque in carne corruptibili incorruptionem perpetuam refinentes, quibus edidit omnis fecunditas carnis, omnis pudicitia conjugalis. Tu. p. Data. p. 149.

CANON.

Ex S. Bonaventura Episcopo.
In Spec. B. V. c. 3.

240. O MARIA! peccatorem toti mundo despectum materno affectu complectaris, nec deseris quoquaque miserum Judicii reconcilias. Tu.

VI.

TEMPORE PASSIONIS:

SEU

VITA DOLOROSA

B. MARIE V.

que totum Passionis Christi tempus complectitur.

SABBATO PASSIONIS.

AD VESPER.

Psalmi et ant. ut in Vesp. Sabbati.

CAPITULUM. Bar. 4. 20

Exi me stolâ pacis, indui astem me sacco obscurations, et clamabo ad Altissimum in diebus meis.

BIBLIOTHECA CENTRALIS

HYMNS 47. S. Bonav.
 Imperatrix clementiae,
 Rorem infunde gracie
 In meum cor tam aridum,
 Ut fiat tibi placidum.
 Largire quod concipiam
 Tecum cordis angustiam,
 Flens mortem quam rex patitur.
 Per quem mundus construirat.
 Tuum tractatur Filius,
 Longè quam latro viiūs:
 Irritus fert ludibri,
 Gente vallatur impia.
 Sit honor, laus, devotio,
JESU MARIE Fili
 Tense crucis patibulo
 Pro redimento populo. Amen.
Hæc Doxol. dicitur toto temp. Pass.
 y. Expandit Virgo MARIA manus suas.
 n. Non est, qui consoletur eam.
Ad Magnif. ant. Nemo gaudet super me viduam et desolatam; ad duxit enim mihi Deus luctum magnum.

Oratio de Laudibus.

Ab hoc Sabb. usque ad Sabbathum post Dominicam Pentec. non fuit Suffragia Sanctor.
Tempore passion. ad complet. et ad omnes horas in p. breviis, et in fine Psalmi Invat. et in p. post Lectiones non dicatur Gloria Patri usque ad Pasch. nisi in festis. Eius vero loco repetitur y. usque ad p. In psalmo invitorio autem repetitur Invatator.

DOM. IN PASSIONE.*Duplex 1. classis.***AD MATUT.**

Inicit. O vos omnes, qui transitis per vitam: Attende, et vide, si est dolor sicut dolor meus.

HYMNS 48. S. Bonavent.
 gloria Domina,
 Quæ tua cruciamina,
 Cum Barabbas dimittitur

LECTIO 1.

Migravit Judas propter afflictionem et multitudinem servitutis: habitavit inter gentes, nec inventi requiem. Omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias. Via Sion lugent, eo quod non sit qui veniat ad sollemnitas: omnes portæ ejus destructæ: sacer-

El penas Christus patitur.
 Pastorem heu percutiunt,
 Oves dispersæ fugiunt:
 Tu sola cum discipulo
 Manente sub patibulo.
 Nec mirum si sis anxia
 Visa crudeli furia:
 Te sciens puram Virginem
 Genuisti Deum, et hominem.
 Sit honor, laus, devotio &c.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Noctem quæ Christus capitur, absque somno ducit Virgo MARIA.
 2. Noli me relinquare, Fili
 mi: quis mibi tribuat, ut tecum moriar?
 3. Sequar te quo cumquæ ieris,
 non te derelinquam, Fili mi.
 y. Plorans ploravit in nocte.
 y. El lacrymæ ejus in maxillis ejus.

De lamentatione Jeremias Prophetæ.

LECTIO 1. c. 1. v. 1.

Quoniodò sedet sola civitas, plena populo: facta est quasi vidua Domina gentium: principes provinciarum facta est sub tribulo. Ploravit ploravit in nocte, et lacrymæ ejus in maxillis ejus: non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus: omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici. Tu.

y. Prolem in cruce pendenter aspiciebat Virgo. Et nimis lacrymabatur. y. Stabat juxta crucem JESU, Mater ejus.—Et.

LECTIO 2.

Migravit Judas propter afflictionem et multitudinem servitutis: habitavit inter gentes, nec inventi requiem. Omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias. Via Sion lugent, eo quod non sit qui veniat ad sollemnitas: omnes portæ ejus destructæ: sacer-

dotes ejus gementes: virgines ejus squalide, et ipsa oppressa amaritudine. Tu.

y. Is idem, qui Christi corpus in cruce transfudit gladius. Cor adstantis Virginis, animumque confixit. y. Tuam ipsius animam pertransivit gladius.—Cor adstantis Virg.

LECTIO 3.

Facti sunt hostes ejus in capite: iniunici ejus, locupletati sunt, quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniuritatum ejus: parvuli ejus duci sunt in captivitatem ante faciem tribulant. Et egressus est a filia Sion omnis decor ejus: facti sunt principes ejus velut ariones non in venientibus pascua: et abiurant absque fortitudine ante faciem subsequentis. Tu.

y. Tantus fuit dolor Virginis, ut si in omnes creaturas, quæ pati possunt dividere, omnes subito interfirant. y. Vitam ei ademissel, nisi fuisset raborata divinitus. Si in omn. —Tantus, usque ad. y.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Mater Dei videns quem aluit, nulla mater sic unquam doluit.

2. Natus meus suspensus crudeliter, et ego amore et dolore languore. 3. Attende omnes: et vide, si est dolor sicut dolor meus:

y. Magna est velut mare contritio tua.

y. Nimis amara facta es. Ex verbis S. Buenaventura Ep. In stimul amoris. p. 3. c. 3.

LECTIO 4.

0 Domina! cur ivisti immolari pro nobis? Nunquid non sufficiebat Filius passio nobis, nisi crucifigeretur et Mater. O cor amoris! Cur conversum es in globum doloris? A spicio, Domina, cor tuum, et id non cor, sed myrram, et absynthium, et fel video. Quero Ma-

trem Dei, et ecce invenio sputa, flagella, et vulnera, quia tota conservata es in ipsa. O amaritudine plena, quid fecisti? Cur vas sanitatis fecisti vas penalitatis. Tu.

y. Tremor apprehendit eam: Angustia et dolores tenerunt eam quasi parturientem. y. Dolorem, quem olim pariendo non habuit, millies geminatus Filio moriente sustinuit.—Angustia.

LECTIO 5.

0 mira res tota es in vulneribus Christi: totus Christus crucifixus est in intumis visceribus cordis tui. Quoniodò est hoc, quod contineat sit in contento? O homo vulnera eorum tuum, si vis hanc intelligere questionem. Aperi cor tuum clavis et lancea, et veritas subinvicta. Non enim inhabitat sol justitiae in cor clausum. Tu.

y. Quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: Laboravi in genitu meo, et requiem non inventi. y. Multiplicata sunt super me mala, quorum non est numerus. —Laboravi.

LECTIO 6.

Sed o vulnerata Domina! vulnera corda nostra, et in cordibus nostris tuum et Filii tui renova passionem. Cor tuum vulneratum conjugi cordi nostro, ut tecum tuis vulneribus pariter vulneremur. Cur hoc tuum cor saltem, Domina, non habeo? O Domina, si non vis mihi dare Filium tuum crucifixum, nec cor tuum vulneratum, saltem queso, mihi tribue Filii tui vulnera, contumeliasque, et illusiones ac opprobria, et illa que in te sentis. Tu.

y. Mi Fili dulcissime, mi Fili, et mi Deus: Deficio te suspiciens in ligno suspensum, conlauatum, plagiisque plenum, mi Fili. y. Ne ayertas aurem tuam à singultu meo

et clamoribus.—Deficio.—Mi Fili.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Fit vox * Matris nimis
flebilis, quandò sua proles cara-
capitur.

2. Recedit à me, * et nolite me
consolari in dolore meo.

3. Cui comparabo te, * Filia Je-
rusalem? magna est velut mare
contritio tua.

ꝝ. Audile universi populi. ꝝ.
Et videte dolorem meum.

Lectio Sancti Evangelii secundum
Joannem.

Lectio 7. c. 19. v. 23.
In illo tempore: Stabat iuxta
crucem IESU Mater ejus, et soror
Matris ejus, Maria Cleophe, et
Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Ep.
Epist. 63. Ecl. Vercell.

MARIA Mater Domini ante cru-
cem Filii stabat: nullus me hoc
doinit, nisi sanctus Joannes Evan-
gelista, qui etiam docuit, quod alii
non docuerunt, quenadmodum
in cruce positus Matrem appella-
verit, pluris putans, quod virtus
suppliciorum pietatis officia Matri
exhibebat, quam quod regnum
celestie donabat: Nam si religio-
sum est, quod latroni donatur ve-
nia, multò uberioris pietatis est,
quod à Filio Mater tanto affectu
honorablem. Ecce, inquit, filius tuus;
ecce mater tua. Tu.

ꝝ. Recedit à me, amare flebo:
Nolite incubere, ut console-
mini me. ꝝ. Nunquam mater per-
tulit tam anxios dolores, ut MA-
RIA considerans Filii labores.—
Nolite.

Lectio 8.
Testabatur de cruce Christus, et
inter Matrem atque Discipulum
dividebat pietatis officia. Condebat
Dominus non solum publicum, sed

etiam domesticum testamentum: et
hoc eus testamentum signabat
Joannes dignus tanto testatore tes-
tit. Bonum testamentum, non pec-
unia sed vita eternae, quod non
strumentum scriptum est, sed spir-
itu Dei vivi, qui ait: lingua mea
calamus scribere velociter scribentis.

Tu.

ꝝ. Vide, Domine, et considera,
velociter exaudi me, * quoniā tri-
būtatio mea maxima est, et non est
qui adjutet.

ꝝ. Fili mi, ne derelinquas me
desolatam, et moerore confectam.—
Quoniam.

Lectio 9.

Sed nec MARIA minor quam Ma-
tre Christi erat. Fugientibus
apostolis, ante crucem stabat, et ipsi
spectabat oculis Filii vulnera, quia
expectabat non pignoris mortem,
sed mundi salutem. Aut fortasse,
quia cognoverat per Filii mortem
mundi redempcionem aucta regalis,
etiam suā morte pufabat se aliquid
publico additaurū muneri. Sed JE-
SUS non egrebat adiutorē ad redem-
pcionem omnium, qui omnes sine
adiutorio servavit. Suscepit affec-
tum parentis, sed non quasivit al-
terius auxilium. Tu.

ꝝ. Cui comparabo te, vel cui
assimilabo te, * Virgo filia Sion: Magna est velut mare contritio tua,
quis medebitur tui. ꝝ. Quiesset vox
tua à planetu, et oculi tui à lacry-
mis.—Magna.—Cui comp.

AD LAUDES.

Et per Horas Antiphona.

1. Stabat Mater * Virgo foris
ploras, dum furibundi Christum
viliti tracabant.

2. Angustiae multæ * ipsi erant,
quia Filius alapis afflictus erat.

3. Dum Christus * ad Calvariam
ducebatur, sequebatur pia Mater

pias effundens lacrymas.

4. Cum Virgo * venisset ad lo-
cum supplicii, multiplicabantur ei
angustiae et dolores.

5. Cruce Christi * erecta, pia
Mater dolore defecit.

CAPITULUM. Bar. 4. 29.

Exxi me stola pacis, et indui me
sacco obsecrationis; et clamabo ad

Altissimum in diebus meis.

HYMNS 49. S. Bonav.

Castas Parentis viscera
Pendunt torquentur aspera:

Dum illum, quem conceperat,
Verbo perversi verberant.

Illum trahant crudeliter,
Coedunt, cruentant acriter,
Hoc audiunt anxia

Matris crescent angustiae.

Sed cum ad mortem ducitur,

Hunc Mater tristis sequitur:

Pectus perfundens fletibus,

Afficiens libyribus.

In cruce dum extenditur,

Videntis Mater quod moritur:

Nullus dolor amior,

Nam nulla proles carior.

Sit honor, laus, devotio. &c.

ꝝ. Oculis meus afflictus est.

ꝝ. Eo quod non esset requies.

Ad Benedict. ant. Ecce positus
est hic in ruinam et in resurrectio-

nem multorum, et in signum cui

contradicetur, et huic ipsius ani-

mani pertransit gladius.

Oremus. **Oratio.**

Da nobis, quesumus, omnipotens Deus;

ut qui devolet Filii tui

passionem, et ejus Genitrici San-

ctissimam compassionem recolimus,

crucis mortificationem jugiter in

nostro corpore pro fui nominis ho-

nore portemur. Per euudem.

AD PRIMAM.

Ant. Stabat. Capitol. Exxi me.

de Laudibus.

ꝝ. Quæ in Passione Filii dolo-

ris gladio transfixa fuisti. *Non di-*
citur Gloria Patri hoc tempore.

IX.**DEIPARÆ****ANGUSTIE IN PASS. FILII.****CANON.**

Ex S. Anselmo Ep. Cantuariensi.

Libr. de Excell. B. V.

241. Oportuit, ut illa, in quā
Christus omnem gratiam collocavit,
non careret honore martyrii, et ad
hoc cruci illam adstare oportuit;
quale autem illud Martyrium fuerit
exprimi non potest, adeo tamen
durius fuit, ac si ipsa occideretur,
quia plus Filium diligebat, quam
se ipsam. Tu.

AD TERTIAM.**CAPITULUM.** Thren. 1. v. 2.

Plorans ploravit in nocte, et lacry-
mæ ejus in maxillis ejus: non est
qui consoletur eam ex omnibus ca-
ris ejus.

ꝝ. br. Auditæ universi populi: *
Videote dolorem meum.—Auditæ ꝝ.
Quoniam tribulor, confuturbas est
venter meus.—Videte.—Auditæ.

ꝝ. Expandit Virgo MARIA manus
suas.

ꝝ. Non est qui consoletur eam.

AD SEXTAM.**CAPITULUM.** Thren. 1. v. 3.

Facti sunt hostes ejus in capite: ini-
mici ejus locupletati sunt, quia Do-
minus locutus est super eam.

ꝝ. br. Expandit Virgo MARIA *
manus suas.—Expandit.—ꝝ. Non
est qui consoletur eam.—Manus.
—Expandit.

ꝝ. Deducant oculi mei lacrymas.

ꝝ. Super contritione Virginis MA-
RIÆ.

AD NONAM.**CAPITULUM.** Thren. 2. 17.

fecit Dominus que cogitavit: com-
plevit sermonem suum, quem præ-
cepiterat à diebus antiquis.

BIBLIOTECÆ CENTRALE

¶. br. Deducant oculi mei lacrymas.—Dedu-

ȳ. Super contritionem Virginis MARIE.—Oculi.—Deducant.

ȳ. IESU Fili mi, Fili mi IESU.

ȳ. Quis mibi tribuat, ut moriar pro te.

AD VESPERAS.

Ant. 1. Inuidaverunt aquae tribulationis super caput meum.

2. Vide, Domine, et considera, quoniam tribulor: velociter exaudi me.

3. Contributum est cor meum in medio mei: contremuerunt omnia ossa mea.

4. Cum turbata fuerit anima mea, Domine, misere mei.

5. Fili mi, ne derelinquas me desolatam, et morore confectam.

CAPITULUM. Bar. 4. 20. Ex cui me stola pacis, et indu me saceo obsecrationis, et clamabo ad Altissimum in diebus meis.

HYMNUS 50.

Illasa te puerpera
Non facerat matrem dolor:
Nascente quem nesciveras,
Orbata sentis Filio.
Dum te salutat ultimum,
Natus tradit altero,
Natumque tradit alterum
In morte Christum parturis.
Non ejulantem cernimus,
Non ungue vellentem comas:
Silentes plus novit pati
Virtus dolore fortior.

Sit honor, laus, devotio, &c.
ȳ. Facies mea intumuit à fletu.
ȳ. Et palpebra meæ calcigaverunt.
Ad Magnific. ant. Eja Mater, tunc amoris, fac nos sentire vim doloris, ut tecum lugemus, et dominica passionis fructum sentiamus. Oratio de Laudibus.

Sic quotidie dicuntur vespere per totum tempus passionis in feriali offi-

cio, cum Psalmis de feria, et precibus.

Laudes et Horæ dicuntur etiam quotidie ut in Dom. Passionis, cum Psalm. de feria et precib.

FER. II. PASSION.

Invitator, et hymn. ad madut. ut heri: antiphona, vers. et Responsor, ut in prim. Nocturn. p. 166.

De Lamentatione Jeremie Prophetæ.

LECTIO 1. c. 1. v. 7.

Recordata est Jerusalemi diuerum afflictionis sua et prevaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus ejus in manu hostil, et non esset auxiliator: videbatur eam hostes et deriserunt omnium sabbata ejus. Tu. ȳ. Prolém. p. 166.

LECTIO 2.

Peculatum peccavil Jerusalemu, propterè instabili facta est: omnes qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus, ipsa autem gemens conversa est retrorsum. Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide, Domine, afflictionem meam, quoniam eructus est inimicus. Tu. ȳ. Isidem. p. 167.

LECTIO 3.

Manum suam misit hostis ad omniam desiderabilium ejus: quia vidi gentes ingressas sanctuarium suum de quibus præcepertas, non intraverunt in Eclesiam tuam. Omnis populus ejus gemens: et querens panem: deduxerunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Vide, Domine, et considera, quoniam facta sum vilis. Tu. ȳ. Tantus fuit. p. 167.

Ad Bened. et ad Magnif. ant.

In proximo est tribulatio mea, Domine, et non est qui adjuvet.

Orat. de Dom. praedev. per tot. Hebdom.

CANON.

Ex S. Hieronymo Presbytero. Serm. de Assumpt. B. V. inter ejus opera.

242. Plus omnibus dilexit, propterè et plus doluit, in tantum, ut animam ejus totam pertransierit, et possidere vis doloris, ad testimoniun eximiae dilectionis. Tu.

FER. III. PASS.

Invit. et hymnus, ut in Dom. Pass. p. 166.

Antiph. ȳ. et ȳ. ut in secund. Noct. p. 167.

De Lamentatione Jeremie Prophetae.

LECTIO 1. c. 1. v. 12.

O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videite, si est dolor sicut dolor meus: ut quoniam vindemiat me, ut locutus est Dominus in die iræ furoris sui. De excelso misit ignem in ossibus meis, et eruditiv me: expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum: posuit me desolatam, totâ die morore confectam. Tu. ȳ. Tremor. p. 167.

LECTIO 2.

Vigilavit iugum iniquitatum meum: in manu ejus convolute sunt, et impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu de quâ non potero surgere. Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocavit adversum me tempus, ut conferret electos meos: locular calcavat Dominus virginis filia Judee. Tu. ȳ. Quoniam. p. 167.

LECTIO 3.

Idecirò ego ploras, et oculus meus deducens aquas: quia longe factus

est à me consolator, convergens animam meam: facti sunt filii mei perditi, quoniam invalidi inimici.

Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eum: mandavit Dominus adversum Jacob in circuitu ejus hostes ejus: facta est Jerusalens, quasi poluta mensis suis inter eos. Tu. ȳ. Mi fili. p. 167.

Ad Benedict. et ad Magnif. ant. Tu autem, Domine, *ne elongeris auxilium tuum à me, ad defensionem meam aspice.

CANON.

Ex S. Amadeo Ep. Lausanensi.

Hom. 5. de Laudib. B. V.

243. MARIA torquebatur magis, quam si torqueberet in se; quia super se incomparabiliter diligebat id undè dolebat. Tu.

FERIA IV. PASSION.

Si fiat de fest. nov. lection. dicuntur Lection. sequent. de Script. in 1. Noct. Si vero fiat de fer. legitur Evanç. cum Hom. quod inferius ponitur.

De Lamentatione Jeremie Prophetae.

LECTIO 1. c. 1. v. 18.

Justus est Dominus, quia os ejus ad iracundiam provocavit. Audit, obsecro, universi populi, et videbo dolorem meum. Virgines meæ, et juvenes mee abierunt in captivitatem. Vocavi amicos meos, et ipsi deceperunt me: Sacerdotes mei, et senes mei in urbe consumpti sunt: quia quiescerunt cibum sibi, ut refocillarent animam suam. Tu. ȳ.

LECTIO 2.

Vide, Domine, quoniam tribulor, conturnatus est venter meus: subversum est cor meum in membris, quia amaritudine plena sum. Foris interficit gladius, et domi mors similis est: audierunt quia in-

gemisco ego, et non est, qui consoletur me. Tu. ¶.

LECTIO 3.

Omnes inimici mei audierunt mālum meū, latēti sunt, quānū tu fecisti: adduxisti diem consolatiōnis, et fient similes mei. Ingridiatur omne malum eorum coram te; et vindemias eos, sicut vindemias me propter omnes iniquitatiēs meas: multi enim genitūs mei, et cor meū moerens. Tu. ¶.

Sequens Homil. legitur inferiali officio.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 1. c. 11.

In illo tempore: dixit JESUS turbis Iudeorum: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea qua possidet. Et reliqua.

Homilia S. Thomas Arch. Valentini.

In Concep. B. V. Conc.
Solet Rex filio bellicoso regnum patris recuperatō, ac gloriostissimā de fatali hoste victoriam reportatō, copiosissimum auri et argenti pondus, tanquam exercitus robur, illi liberalissimē imperitī ante prōlūm. Tu. ¶. Recedit. p. 168.

LECTIO 2.

Strenuus belli Dux Christus venit fortis armatus diripere arva fortis et alligare ipsum, scilicet, draconem, et recuperare regnum et gentem quam per invidiam diabolos surripuerat, ac injūsi bēti usurparerat: prelendo fortiter in calvarie monte equo crucis forti, ex quo ligno diabolica fraudē decepliſ, prostratus fuerat Adam. ¶. Vide. p. 168.

LECTIO 3.

De fatali ergō infernali illo hoste triumphatō Filio suo dedit Pater celestis ante congressum nūmūm abundantissimum, scilicet, Matris gratiam preservantem in merito futura passionis. Tu. ¶. Cui comparabo. d. 168.

LECTIO 3.

Factus est Domini velut inimicus, precipitavit Israel, precipitavit omnia mēnia ejus: dissipavit mōtions ejus, et replevit in filiā Iuda humiliatum, et humiliatam. Et dissipavit quasi hortum teniōrum

LECTIO 4.

Ad Bened. et ad Magnif. ant. Mi-

seremini mei, miseremini mei sal-

tem vos amici mei, quia tribulatio-

mea proxima est.

CANON.

Ex S. Laurentio Justiniano.

De agon. Christi. c. 11.

244. Passiōnē Christi speculum effectum erat cor Virginis; in illo agnoscēbantur sputa, convicia, verba, vulnera. Tu.

FERIA V. PASSION.

Hymn. et invitator de Dom. prae-

p. 166.

Antiph. ¶. et ¶. ut in 1. Noctur.

p. 166.

LECTIO 1. c. 2 v. 1.

Quomodo oblexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: projecit de celo in terram inclītam Israel, et non est recordalus scabelli petrum suorum in die furoris sui. Praecipavīt Dominus, nec pecperit, omnia speciosa Jacob, destruxit in furore suo multitudines virginis Iudea et dejectis in terram: polluit regnum et principes ejus. Tu. ¶. Problem. p. 166.

LECTIO 2.

Confregit in irā furoris sui omne cornu Israel: convertit retrorsum dexteram à facie inimici: et succedit in Jacob quasi ignem flammam devorantis in gyro. Tendit arcum suum quasi inimicus, firavit dexteram suam, quasi hostis: et occidit omne quod era pulchrum visu in tabernaculo Filiae Sion, effudit quasi ignem indignationem suam. Tu. ¶. Is idem. p. 167.

LECTIO 3.

Factus est Domini velut inimicus, precipitavit Israel, precipitavit omnia mēnia ejus: dissipavit mōtions ejus, et replevit in filiā Iuda humiliatum, et humiliatam. Et dissipavit quasi hortum teniōrum

suum, demolitus est tabernaculum suum: oblitus est oblitus tabernaculum: et oblitus tradidit Dominus in Sion festivitatem et sabbatum: et in opprobrium, et in indignationem furoris sui regem et sacerdotem. Tu. ¶. Tantus. p. 167.

Ad Benedic. ant. Posuit me tota die desolatam, et moerore conlectam.

CANON.

Ex S. Bernardo Abbatē.

Apud S. Liger. Ser. de Dolorib. v.

245. In aliis martyribus magnitudo amoris dolorem lenivit passionis; sed Beata Virgo quanto plus amavit tanto plus doluit, tanquam ipsius Martyriū gravius fuit. Tu.

FERIA VI. PASSION.

IN COMPASSIONE B. M. V.

Duples 2. Classis.

Hoc festum transfertur in diem sequentem, quando in eo inciderit Festum alterius ritus.

Omnia omnino dicuntur ut in communī festivitatē. Tempore Passio-

nis, præter sequent.

IN I. VESP.

HYMNI 51.

Casta Parentis lacrymae
Laxi inundant fontibus,
Dum cernit affixum cruci
Sublime corpus Fili.

Quem feta coli munere
Alvo puella gesserat,
Quem nixa sole purior
Casio liquore paverat.

Hunc seva tortorum manus
Per omne tormenti genus
Divā probatum compulit
In fronde vitam ponere.

Immane frendens verbere
Frager fregit cor Virginis:
Prolem quot ictus vulnerant,
Pectus Parentis dividunt.

Impleta sunt que dixerat
Senex futuri praescius,

Dum sic MARLE viscera

Culter doloris transfodit.

O vos, quibus stat intimo

Sensus superest pectori,

Ad hunc dolorem sistite;

Hoc omnis alter est minor.

Eternus hoc donet Pater,

Redemit ut quos Filius,

Planctus MARLE Virginis

Ad summa ducat gaudia. Amen.

Ad Magn. ant. Multi sunt gemi-

tus mei, et cor meū moerens.

AD MATUTIN.

HYMNI 52. Saliae.

Virgō, salve, transadacta

Cor doloris cuspidē,

Innocentia Mater agni

Sponte coesi libera

Sonum nostrum reatum

In piantem victimam.

Qui, Deus, quo plus beavit

Omnibus te feminis,

Te suam dignans Parentem;

Hoc tuum erundelius

Carne sub sumptā cruentus

Lancinavit Spiritum.

Cuius aspectus dolendus,

Saxa qui perruperat,

Stipiti crucis refixi

Haud profecto saxeum

Pectus, heu! tuum feroci

Qua plaga conciderat!

Oribus multè disertis

Illius funera

Cautibus questis tametsi,

Quies hiarunt, fissibus;

Quæ manent infracta, nostris

Væ nefaslis cordibus!

Eja Mater ergo clemens,

Nostra frange pectora

Malleo contritio,

Ut, repulso crimine,

Quo rigent, Nati atque Matris

Sentiamus vulnera.

Ut tui tecum dolentes

Passionem Filii,

Rebus et solamen arctis

Transeuntis temporis,

Jugis et vitæ manentis
Consequamur gaudia.

Filio qui non pepercit
Sit Patri; qui passus est
Pro salute nostrâ Matri
Saucians cor. Filio;
Utriusque laus amori
Sempererna in secula. Amen.

AD LAUDES.

HYMNS 33.
Condolentes meroribus
MARIE Matris Virginis:
Jungamus laudes fletibus
Ad laudem sui Nominis.

Pensemus Matris servi
Spinas cordis acerrimas,
Dum vidi corpus Fili
Penas pati terribimas.

Pensemus, quid perpendere
Adstans cruci Puerpa,
Dum testamentum conderet
Christus in vitâ vespera.

Matrem piam Discipulo,
Patri commendat Spiritum;
Aeci sumpto poculo
Carmi exsolvi debitum.

Cometi MARIE servi
Iujus osores saculi
JESUM occissum colite,
Et cum MARIA plangite.

Eternus hoc donet Pater,
Redemit ut quos Filius,
Planctus MARIE Virginis
Ad summa ducat gaudia. Amen.

Ad Bened. ant. Ego plorans, et
oculus meus deducens lacrymas,
qui longè factus est à me consolator.

Oremus. Oratio.

Interveniat pro nobis, quæsumus
Domine JESU-Christe, nunc
et in horâ mortis nostrâ apud
tuam clementiam Beata Virgo MA-
RIA Mater tua, cuius sacerassis-
mam animam in horâ tuâ passio-
nis doloris gladius transversit.
Qui vivis et regnas.

CANON.

Ex Concilio Coloniensi.
An. 1423. Labbæ.—T. 12. Concil.
p. 366. Ap. Bened. XIV. De festis.
libr. 2. c. 3. n. 9.

246. Festum Commemorantis
angustie et doloris Beatae MARIE
Virginis deinceps singulis annis Fe-
riâ VI. post Dominicam *Jubilate*,
nisi aliquod Festum eodem die in-
tervenerit, et ex tunc prima Fe-
riâ VI. proxima subsequenti in prî-
mis Vesperis, Matutinis, alisque
Horis, neconon in secundis Vesperis
in choro tantum in omnibus Ecclesi-
sis Provinciae nostra subjectis se-
cundum notas, et historias, et ho-
miliam de eodem festo compositas,
solemniter celebretur. Tu. ¶.

SABBATO PASS.

Si fiat de Sabb. legitus *Evang.*
cum *Hom.* quod inferius pondatur,
si verò de festo sequent. *Lection.*
de *Script.* in 1. *Nost.*

De Lamentatione Jeremie Proph.

LECTIO 1. c. 2. v. 14.
Prophetæ tui viderunt tibi falsa, et
stulta, nec aperiebant iniquitatem
tuam, ut te ad penitentiam pro-
vocarent: viderunt autem tibi as-
sumptiones falsas et ejunctiones.
Plausorū super te manibus om-
nes transeuntes per viam: sibila-
verunt, et moverunt caput suum
super filiam Ierusalem: Hæc
est urbs, dicentes, perfecti decoris.
gaudium universæ terra? Tu. ¶.

LECTIO 2.

Aperuerunt super te os suum om-
nes inimici tui: sibilaiverunt, et
fremuerunt dentibus, et dixerunt:
Devoravimus: en ista dies, quam
expectabamus: inventivimus, vidimus.
Fecit Dominus quæ cogitavit: com-
plevit sermonem suum, quem pre-
ceperat à diebus antiquis: destru-

Dom. in Palmis.

xii, et non pepercit, et latificavit
super te iniurium, et exaltavit
coru hostium tuorum. Tu. ¶.

LECTIO 3.

Clamavit cor eorum ad Dominum
super muros filiae Sion: deduc quasi
torrentem lacrymas per diem et
noctem: non des requiem tibi, ne-
que taceat pupilla oculi tui. Con-
surge, landa in nocte, in principio
vigiliarum: effunde sicut aquam
cor tuum ante conspectum Domini:
leva, ad eum manus tuas pro
animâ parvolorum tuorum, qui de-
fecerunt in fame, in capite omnium
compitorum. Tu. ¶.

*Sequens Hom. dicitur, si fiat de
Sabbato.*

Lectio S. Evangelii secundum
Matthæum.

c. 22. LECTIO 4.

In illo tempore: Pharisei consilium
inerunt, ut caperent JESUM in
sermone. Et reliqua.
Homilia D. Tomæ Archiep. Va-
lentini.

In Dom. 22. post. Pent.
In redempcionem generis humani
non erat in mundo moneta suffi-
ciens. Misit Deus de celo aurum.
Divinitatis sue. Verbum suum. Et
missum est in formacne ventris vir-
ginalium, et exiuit moneta speciosa
infiniti pretii. Tu. ¶. Recedite.
p. 168.

LECTIO 5.

Opus erat, ut enderetur in camino
crucis. O quâm bene sigillata!
A plantâ pedis usque ad verticem
totâ rubricata. Dicite: O Virgo,
cujus est imago hac? Non agnoscamus.
Non est, inquit, especies
ei neque decor. Non agnoscamus.
Tu. ¶. Vide, Dom. p. 168.

LECTIO 6.

Liegite, legitæ, superscriptum, et

agnoscetis. O virgo! Superscriptio:
JESUS Nazarænus Rex Judeorum.
Agnoscamus imaginem: Casaris est,
Dei Patris est quod latet: sed quod
apparet, os de ossibus meis, et
caro decarne mea. Imaginem hanc,
ò homo, et similitudinem refers.

Tu. ¶. Cui compar. p. 168.

*Ad Benedict. ant. Recordare, **
Domine, pauperatus meæ, absinthi,
et fellis.

CANON.

Ex S. Bonaventurâ Episcopo.

De planctu Virg. in Stim. amor.

247. Singula «Christi» vulnera
per ejus corpus dispersa, in uno
«Virginis» corde sunt unita. Tu.

AD VESPAS.

Antiph. de 2. *Vesp. Dom. Pas.*
p. 170. *Capit. Hym.* et ¶. ut in
Sab. præc. p. 165.

*Ad Magnf. ant. Divisiones aqua-
rum deduxit oculus meus in con-
tritione beate Virginis MARIE.*

Orat de Laudibus.

DOMIN. IN PALMIS.

Semid. 1. Classis.

Omnia ut in Dom. Passionis.
p. 166.

IN I. NOCT.

De lamentatione Jeremie Pro-
phetæ.

LECTIO 1. c. 2. v. 20.

Vide, Domine, et considera quem
vindemariis ita: ergo ne comedent
mulieres fructum suum, parvulos
ad mensuram palmae? Si occiditur
in sanctuario Domini Sacerdos et
Propheta? Jacuerunt in terra foris
puer et senex, virgines mee, et ju-
venes mei ceciderunt in gladio. Tu.
¶. Vide, p. 166.

LECTIO 2.

Interfecisti in die furoris tui: per-
cussisti, nec misertus es. Vocasti
quasi ad diem solemnum, qui ter-
rent me de circuitu, et non fuit

in die furoris Domini, qui effugeret et relinqueretur: quos educavi et enatri, inimicus meus consumpsit eos, §. Isidem. p. 167.

LECTIO 3. c. 3. v. 1.

Ego vir videns pauperatatem meam in virga indignationis ejus. Me minavat, et eduxit in tenebras, et non in lucem. Tantum in me veritatem et convertit manum suam tota die. Velutam tecum plebeam meam, et carnem meam, contrivit ossa mea, adificavit in gyro meo, et circumdedit me felix et labore. Tu. §. Tantus fuit. p. 167.

IN II. NOCT.

Sermo S. Amadei Ep. Lausanensis.
De Laudibus. B. V. M. Hom. 3.

LECTIO 4.

Hoc mentis martyrio, quod carnis tormenta excedit, hoc patiendo genere gloriosi triumphans, quanto cunctis vicinior, tanquam cunctis glorirosa veneranda cruci, Dominicam Passioni inhaesit, haustis calcem, bibit passionem, et torrente doloris potata, nulli unquam similem dolorem pertulit. Curril post JESUM, non solum in odore unguentorum, sed in multitudine dolorum. Cernebat verum Salomonem in diademate, quo coronavit eum novacula synagoga, et ipsa corona coronam tribulationis post eum incepdebat. §. Tremor. p. 167.

LECTIO 5.

Siebat autem iuxta crucem, ut illud dulcissimum caput Nati umculo oleo latitiae praे participibus suis, arundine percussum, spinis coronatum tristi spectaculo videbatur: aspiciebat speciosum formam prae filii hominum, non habere speciem, neque decorum, excelsum super omnes gentes despicere, et novissimum reputatum, sanctum sanctorum scleratis, et inquis affixum,

oculos sublimis hominis humiliatos, et cervicem sustinens omnia humera inclinatum pendere, serenissimam faciem Dei emarcuisse et decorum vultus ejus absconditum. §. Quoniam. p. 167.

LECTIO 6.

Igitur tam pro Nati morte, quam pro Iudeorum perditione, ineffabilis dolore gloriosum pectus urebatur, et altissimo pietae jaculo confusum, extremas spirabat inter angustias, hancit poculum amarum ipsa morte, et quod humanum genus ferre non posset, adiuta divino munere, femina valuit sustinere. Vicit sexum, vicit hominem, et passa est ultra humanitatem. Torquebat nanque magis, quam si torqueretur ex se, quoniam supra se incomparabiliter diligebat id unde dolebat. Tu. §. Mi Fili. p. 167.

IN III. NOCT.

Lectione S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 16. v. 21.

In illo tempore: dixit JESUS Discipulis suis: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus. Et reliqua.

Homilia venerabilis Ruperti Abbat.

Comm. in Joann. c. 19. llibr. 13.

Si apostolos suos in illa hora sue passionis Dominus mulieri parturienti recte comparavit quanto magis mulierem hanc, stantem juxta crucem suam mulieri parturienti talem Matrem talis Filius recte similis duxit? Quid autem dico similis cum vere sit mulier, et vere Mater, et eros habeat in illa hora partus sui dolores? Non enim habuit Mulier hanc penam, ut in dolore pareret, sicut ceterae matres, quem infans sibi natus est; sed nunc dolet, cruentatur, et tristitiam habet, quia venit hora ejus,

Ferid II. maj. Hebd.

illa videlicet hora, propter quam de Spiritu Sancto concepit, propter quam gravida facta est, propter quam completi sunt dies, ut parere propter quam omnino de uestro ejus Deus homo factus homo est. Tu. §. Recedite. p. 168.

LECTIO 8.

Cum autem haec hora preterierit, cum totus iste gladius parturientem ejus animam pertransierit, jam non erit memor praessuræ propter gaudium, quia natus erit homo in mundum, qui declaratus erit natus homo, qui tolum renovet genus humanum, totius mundi sempiternum obtinet imperium: natus, inquam, id est, immortalis atque impensis factus, et angustias vite hujus in aeternæ patriæ amplitudine supergressus, mortuum primogenitus. Proutque quia vere ibi dolores, ut parturientis in passione Unigeniti omnium nostrorum salutem beata Virgo peperit, planè omnium nostrum mater est. Tu. §. Vide Domine. p. 168.

LECTIO 9.

Igitur quod de hoc discipulo dicunt est ab eo, justissime curam sue Matris habebat: mulier ecce filius tuus. Itemque ad eundem discipulum: ecce mater tua, recite et de aliis quolibet discipulorum, si praesens adeset, dici potuisse; nisi quia licet omnium, ut dictum est mater sit, pulchritus tamen huic, ut Virgo virginis commendari debuit. Tu. §. Cui compar. p. 168.

Ad Benedict. art. Cum mulier peperit puerum, jam non meminit pressuras propter gaudium.

Oremus. Oratio.

Adujet nos, quasumus, ipse omnipotens Deus per gloriosam omniintercessionem sue Matris, ut cum eo semper vivamus, qui pro nobis

VIRGO MUNDI
CORREDEMPTRIX.

CANON.

Ex S. Athanasio Ep. Alexandrino.
In murac. de Beritho-Concil. T. 18.
pag. 235.

248. Propter nos et propter nos-
trum salutem, cum esses sine carne,
incarnatus ex Virgine MARIA,
crucifixus es in illa carne, cum es-
ses ipse impassibilis Deitate. Tu.

Ad Magnif. art. Facta est, *
quasi vidua Domina genitum, Princeps provintiarum facta est sub tributo.

Ab hæc die usque ad Dom. prim.
post Pascham inclusivè, omne festum
quod occurrat, transfertur ad
primam diem non impedilam.

FER. II. MAJ. HEBD.
Invitator. Hym. antiph. §. et gg.
ut in fer. II. Pass. p. 171.

De Lamentatione Jeremia Prop.

LECTIO 1. c. 3. v. 6.

In tenebrosis collocavit me, quasi mortuos sempternos. Circumadi-
cavit adversum me, ut non egrediar:
aggravavit compedium meum. Sed et cum clamavero, et rogavero,
exclusit orationem meam. Conclu-
sit vias meas lapidibus quadris,
semitas meas subvertit. Ursus in-
sidians factus est mihi, leo in abs-
conditis. Semitas meas subvertit,
et confregit me, posuit me desola-
tam. Tu. §. Prolem. p. 166.

LECTIO 2.

Telendit arcum suum, et posuit me,
quasi signum ad sagittam. Misit in
renibus meis filias pharetræ sue.
Factus sum in derisum omni po-
pulo meo, canticum eorum tota
die. Replevit me amaritudinibus;

BIBLIOTHECA CENTRALIS
UNIVERSITATIS

inebriabit me absinthio. Et fregil ad numerum dentes meos, ciebavit me cinere. Et repulsa est à pace anima mea, oblitus sum bonorum. Et dixi: perii finis meus, et spes mea à Domino. Tu. §. Is idem. p. 167.

LECTIO 3.

Recordare pauperitatis, et transgressio[n]is mea, absinthi et felliſ. Memor[ia] memor ero, et tabescet in me anima mea, hac recolens in corde meo, id[em] sperabo. Misericordia Domini, quia non sumus consumpti; quia non defecrunt miserationes e[st]as. Novi diluculó, multa est fides tua. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propter[em] expectabo eum. Tu. §. Tantus fuit. p. 167.

Ad Benedict. ant. Sicut non fuit amor, sicut amor Virginis, ita non fuit dolor sicut dolor e[st]as.

CANON.

Ex S. Procl. Ep. Cycici. Tom. V. Concil. pag. 19. — Con. Ephes.

249. Venit ille, qui semper adest, propriumque sanguinem nostrum causa in Redemptoris prelum profundens, et carnem quam è Virgine suscepit in communione morti dedens mundum à malo, dedit mortis redemit, morteque mortem destruxit. Tu.

Ad Magnif. ant. Quantò Virgo, dilexit teneris, tanto vulnerata fuit profundius.

FER. III. MAJ. HEBD. Invit. Hym. et alia ut in Fer. III. Pass.

De Lamentatione Jeremie Prophet.

LECTIO 1. c. 3. v. 23. Bonus est Dominus sperantibus in eum, anima querenti illum. Bonum est præstolari cum silencio salutare Dei. Bonum est viro, cum

portaverit jugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius et tacebit, quia levavit super se. Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes. Dabit percutienti se maxillam, saturabili opprobriis. Quia non repellet in sempiternum Dominus. Tu. §. Tremor. p. 167.

LECTIO 2. v. 32.

Quis est iste, qui dixit, ut fieret, Dominus non jubente? Ex ore Altissimi non egredientur nec mala, nec bona. Quid murmurav[er]i homo vivens, vir pro peccatis suis? Scrutemur vias nostras, et queramus, et reverlamur ad Dominum. Levenimus corda nostra cum manibus ad Dominum in celos. Nos iniquè egimus, et ad iracundiam provocabimus: idcirco tu inexorabilis es. Tu. §. Recedite. p. 168.

LECTIO 3. v. 48.

Divisiones aquarum deduxi oculus meus in contritione filii populi mei. Oculus meus afflicitus est, nec faciunt, eo quod non esset requies. Donec respiceret, et videret Dominus de celis. Oculus meus depraedatus est animam meam in cunctis filiabus urbis mea. Tu. §. Mi fili. p. 167.

Ad Benedict. ant. MARIA "torquebat magis, quam si torquebat in se: quia super se diligebat id unde dolebat.

CANON.

Ex S. Bonaventura Episcopo. Apud S. Ligor. cap. 1. §. 2.

250. Nullo modo dubitandum est, quia MARIE animus voluit etiam tradere Filium suum pro salute generis humani, ut Mater per omnia conformis fieret Patri, et Filio. Tu.

Ad Magnif. ant. O quam tristis et afflita fuit illa benedicta Mater Unigeniti.

De Lamentatione Jeremie Prophet.

LECTIO 1. c. 3. v. 32.

Venatione ceperunt me, quasi avem iniicii mei gratis. Lapsa est in lacum vita mea; et posuerunt lapidem super me. Inundaverunt aquae super caput meum: dixi: perire. Invocavi nomen tuum, Domine, de laet novissimo. Vocem meam audisti: ne avernas aurem tuam à singulis meo et clamoribus. Tu. §. Recedite. p. 168.

LECTIO 2.

Appropinquasti mihi in die, quando invocavi te: dixisti: ne timeas. Iudicasti, Domine, causam animae meae. Redemptor vita mea. Vidiisti, Domine iniquitatem illorum adversum me: iudica judicium meum. Vidiisti omnem furorem, universas cogitationes eorum adversum me. Tu. §. Vide Domine. p. 168.

LECTIO 3.

Audisti opprobrium eorum, Domine, omnescogitationes eorum aduersum me: labia insurgentium mibi, et meditationes eorum aduersus me tota die. Sessionem eorum, et resurrectionem eorum vide: ego sum psalmus eorum. Reddes eis vicem, Domine, iuxta opera manuum suarum. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Persequeris in furore, et conferis eos sub celis, Domine. Tu. §. Cui comparab. p. 168.

Ad Bened. ant. Morebatur, vivens, vivebat mortiens, nec mori poterat, quia vivens mortua erat.

CANON.

Ex S. Bonaventura Episcopo. Ibid. §. 3.

251. Nulla post Virginem creatura ita per amorem nostrum exaratur, que Filium suum unicum,

quem multo plus se amat, nobis dedit, et pro nobis obtulit. Tu.

Triduo sequenti non legitur Canticum.

Vesperæ dicuntur hodie omnino, ut in Dominicis Pass. cum psalmis, ut in feriali officio.

Ad Magnif. ant. Ne derelinquas me, "Domine Deus meus: ne desceris a me, Fili mi.

Oratio ut in Dom. Palmar.

Tribus sequentibus diebus, dicto secreto, Ave MARIA, omnibus aliis praeterrmissis, absolutè incipitur officium ad Matut. et Vesperas ab antiph. psalmi primi, et antiphone duplicante sic ut in festo Duplice. In fine Psalmi non dicitur Gloria Patri, per omnes horas, nec in ultimo Responsorio, sed in antiphona.

FERIA V.

MAJORIS HEBDOMADÆ.

Officium fit Duplex.

AD MATUT.

Dicto, Ave dicatur statim ant.

IN NOCT.

Ant. Inimicu[m] passione Christi, lacrymae erant in oculis Matris, et sudor in corpore: præ timore.

PSALM. I. Psalm. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegal te nomen Dei Jacob.

Milita tibi auxilium de Sancto: et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: et omne consilium tuum confirmet.

Letabimur in salutari tuo: e in nomine Dei nostri magnificabimur.

Ant. Inimicu[m] passione. ut supra.